



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Monath April, biß zu Ende des Jahrs 1646. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90103122

§. VI. Der Kayserlichen Gesandten Declaration, in puncto Satisfactionis Gallicæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52163](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52163)

1646.
August.

§. V.

1646.
August.Derer Fran-
kosen Erklä-
rung und
Vorschläge
wie die De-
claration ein-
zurichten.

Den 26ten Aug. darauf, hinterbrachte der Venerabilische Vorschaffter dem Graffen von Trautmannsdorff, es habe Comte d'Avaux mit Ihm gesprochen, und deutlich gesagt, daß, weil Sie, die Frankosen, wegen derer Passport vor den Herzog von Lothringen nichts in Befehl hätten, Sie nicht im Stand wären, dießfalls denen Kaiserlichen etwas cum effectu zu versprechen, sondern es würde solches nur eine vergebene Sache seyn; So viel die Catalonische Sache betreffe, erkenne Franckreich gar wohl, daß Selbiges solche Provinz nicht behaupten könne; es käme aber jezo nur darauf an, wie man sich mit ehren aus solcher Affaire wickeln könne: dieses würde nun am besten geschehen, wann Spanien auf eine, denen Frankosen honorable Zeit, einen Stillstand eingienge, da denn diese in denen ersten Jahren die Sache ausmachen würden. Es wollte dahero Comte d'Avaux den

Vorschlag thun, die Kayserliche Gesandten möchten ihre Conditiones, nach der selbst beliebigen Ordnung, schriftlich verassen, auch Philipsburg, unter denen erwehnten Anhängen, mit einrücken, dabey aber einen separatum articulum des Inhalts, anfügen: Weil die Frankosen, wegen derer Passporten vor Lothringen nicht genugsam instruiert wären; Die Kayserlichen aber, ohne Lothringen und Spanien, allein und separatum keinen Frieden eingehen wollten, daß alles und jedes, was abgehandelt und beschloffen würde, anderster nicht eine verbindliche Kraft, auf beyden Seiten haben solle, woferne nicht auch beyde gemeldete Punkten ihre Richtigkeit erlangt hätten; Inzwischen wollten die Frankosen sogleich an den Turenne schreiben, keine Schlacht zu wagen; auch die Schweden behandeln, daß ihres Orts ein gleiches geschehe, mithin ein General-Armistitium gleichsam errichtet würde.

§. VI.

Die Kayserl.
fassen ihre
Puncten noch-
malen
schriftlich ab-und exhibi-
ren solche an
die Mediato-
res.

Weil nun hieraus erschien, daß es denen Frankosen einmahl ein Ernst sey, den Frieden zu befördern; So entwarffen die Kayserliche Gesandten ihre Postulata in einer Schrift, conditionirten aber solche ausdrücklich dahin, daß, wenn erst die Frankosen diejenigen Punkten berichtet haben würden, welche Sie mit denen Schweden und Protestanten auszumachen übernommen hatten; sodann der Consens über Philipsburg erfolgen solle. Und die-

se Schrift wurde den ziten August, denen Mediatoren zugestellet, mit dem Verlaß, daß Sie solche denen Frankosen vortragen, und über diejenigen Punkten, worauff selbige das placet ertheilten, solches ad marginem notiren, auf welche Articuli aber Sie Sich bedencken wollten, Ihnen Abschrift davon lassen möchten. Die Schrift selbst war dieses Inhalts:

Declaratio Cesareanorum in puncto Satisfactionis Gallica.

CAP. I.

Petunt CAESAREANI, ut Regis Christianissimi Plenipotentiarum ante omnia cum Suecis & Protestantibus agant, eosque ad sequentia inducant & promoveant.

1) Primo quod in facienda Amnestia Terminus à quo maneat Annus Domini 1624.

2) Ut Causa Palatina terminetur & decidatur juxta conditiones in postrema Cesareanorum Declaratione Satisfactionis 29. Maji anno praesentis exhibita, dictatas: Itemque Electori Moguntino Serata Montana reservetur, & à restitutione Palatinatus Inferioris excipiatur.

Cir-

1644.
August.

3) Ut Gravamina Ecclesiastica juxta ultimam Catholicorum Declarationem, 12. Julii exhibitam, componantur, nihilque ulterius Protestantibus concedatur. Inprimis autem ipsi dimoveantur à postulata erectione Novi in Circulo Saxonico Dicasterii, cum hæc res necessario & evidentissime ad eversionem formæ totius Reipublicæ, progressu temporis vergat.

1646.
August.

4) Ut Commercium per totum Imperium, juxta Constitutiones Imperiales, etiam in iis partibus, quæ Gallis aut Suecis titulo Satisfactionis ceduntur, libera maneat, omniaque, quæ durante hoc bello contra liberum Commerciorum usum, contra libertatem navigationum, sive in mari, sive in fluminibus, quomodolibet introducta aut imposita sunt, tollantur, nec posterum ejusmodi Gravamina imponantur.

5) Ut Sueci dimidia Pomerania contenti sint, & reliquam Electori Brandenburgico, quemadmodum etiam Portum Wismariensem Duci de Mechelnburg restituant. Quodsi & reliquendi sint Suecis Archiepiscopatus Bremensis & Verdenensis, tamen hoc fiat salvo eorundem statu Ecclesiastico.

6) Ut Imperator ubique tam in Causa Palatina, quam in Satisfactione Suecica præstetur indemnis, nec ad ullam Bavariæ vel Brandenburgici Electoris recompensationem vel evictionem teneatur.

6) Ut Archi-Dux *Ferdinandus Carolus* remaneat in possessione Balivarum, Achalm, Blaubeuræ & Hohenstauffæ, utpote extra controversiam ad ipsum proprietatis jure spectantium: Urque Sueci & Gallici Plenipotentiarii seorsim singuli statim scribant Ducibus Exercituum suorum, ne hostiliter tractent Officiales ejusdem Domini Archi-Ducis in dictis Balivariis constitutos, sed illos pacifice in administratione officii sui vivere sinant. Inprimis hoc scribatur & injungatur Præfecto Arcis Hohentvvel, ut in posterum omni hostili actione tam in Officiales quam in Balivatus prædictos absteineat.

8) Ut demolitur dictum Castrum Hohentvvel, nec teneatur Imperator restituere arces Hohen Aurach, Asperg & Schorndorf, priusquam demolitio Castri Hohentvvel executioni mandata sit.

9) Ut Cæsari Ejusque Domui, in compensationem Brisacæ, jus sit perpetuum tenendi præsidium in Civitate Lindavv ad Lacum Aeronium.

10) Ut Dux Würtembergicus teneatur solvere Electori Bavariæ pro restitutione Baronatus Heidenheim 500000 flor. pro qua summa Cæsar ipsi jus hypothecæ in eo constituerat.

CAP. III.

Circumæ, que Galli suis Fœderatis per Cæsareanos præstari cupiunt.

1) Et primo quidem, quod ad Clausulam illam: (*salvis tamen iis*) attinet, cum res hæc ipsam Cæsaris Majestatem, tum etiam Collegii Electoralis statum & immunitatem concernat, angustioribus terminis eandem circumferibere, quam in ipsa Responsione & Duplicis Art. 7. continetur, ipsa rei natura non parit: Ideoque præhabito Collegii Electoralis consilio, prædictam Clausulam discretis verbis ita ponunt Cæsareani: *salvis tamen iis, que ad Imperatorem & Collegium Electorale solum pertinent, & salvis eorundem juribus & præeminentiis, juxta Bullam Auream, Capitulationem Cæsaream & Constitutiones Imperii, morenque antiquitus receptum.*

2) Circa Satisfactionem Landgraviæ de Hassia, cum ejus prætenio contra Electores, Moguntinum & Colonensem, tum etiam contra Abbatem Fuldensem, iniquissima, divino & humano juri, atque ipsi in Tractatibus

Dritter Theil.

Et ff

bus

1646.
August.

bus decretæ Amnistia e diametro contraria sit, non possunt Cæsareanij in præjudicium illorum quicquam admittere: sed petunt, ut Galli Deum & justitiam præ oculis habentes, dictam Landgraviam ab ejusmodi præensione dehorentur. De controversia vero Successionis Marburgicæ, cum Landgravius Darmstadiensis in nullam aliam Compositionis formulam consentire velit, nisi quæ juxta dictamen Pactorum Familiæ instituat, idque etiam Plenipotentiarum Suecici æquum censeant, nec a Cæsareanis aliud extorqueri Galli debent, multo minus causam habent, eapropter Cæsarem diutius bello infestare.

1646.
August.

3) Ad solutionem Stipendiorum pro Militia hostili, nec Imperator nec Status Imperii tenentur, cum nec Sueci nec Galli ullam ab his acceperint injuriam; sed omnis quæ utrisque præstatur satisfactio, eo tantum respectu detur, ut pacem cum Imperio colant, suisque copiis ipsimet ex terris & provinciis ipsis concessis satisfacere debeant.

CAP. III.

Circa ea, quæ à parte Cæsaris Galliarum Coronæ præstanda sunt,

Dicunt Cæsareani, quamprimum Plenipotentiarum Regis Christianissimi suprapositas condiciones adimpleverint, Suecosque & Protestantibus ad easdem amplectendas atque adeo ad Pacem concludendam induxerint, nomine Imperatoris & Imperii consensum datum iri:

1) Primo, quod Jura Superioritatis Episcopatus Metensis, Tullensis, & Virodunensis, Urbsque Metis, eo modo, quo hæctenus ad Romanum spectabant Imperium, in posterum ad Coronam Gallia spectare debeant, reservatis tamen Jure Metropolitanæ ad Episcopatum Trevirensis pertinentem, omniumque insuper Ducum, Principum, Comitum, Baronum, Nobiliumque Feudis, Jure Clientelari, cæterisque rebus, quæ cuilibet eorum in his Episcopatibus competere possunt, in quibus omnibus per Regem Christianissimum nullatenus molestari, sed omnes & singuli, in eo quo sunt statu, immediate subiecti erga Romanum Imperium, relinqui debebunt. Nec non restituatur in possessionem Episcopatus Verodunensis Dominus *Franciscus* Lotharingæ Dux, tanquam legitimus Episcopus, & hunc Episcopatum pacifice administrare, ejusque Regalium, redditibus & fructibus uti frui permittatur.

Quemadmodum pariter Rex Christianissimus, antiquas istorum trium Episcopatum, Ecclesiarumque Collegiatarum, Præpositurarum, Prælaturarum, Abbatiarum, Præbendarum foundationes, intra eorundem Episcopatum Dioeceses nullatenus immutare aut aliis inuitatis oneribus gravare, sed his omnibus propriam eligendi, postulandi aut conferendi facultatem, foundationibus, privilegiis, moribus aut institutis competentem, salvam atque illasam permittere & conservare tenebitur. Transferet etiam Imperator in Regem Christianissimum Jus Directi Domini, quod Sibi & Sacro Rom. Imperio hæctenus in Pignerolam & Moyenvicum competebar.

2) Cedunt Imperator pro Se, totaque Serenissima Domo Austriaca, omnibus juribus, proprietatibus, dominiis, possessionibus, Jurisdictionibus, quæ hæctenus sibi & Familiæ Suæ in oppidum Brisacum, Landgraviatum Superioris & Inferioris Alsatia, Sundgoviam, Præfecturamque Provinciam Decem Civitatum Imperialium in Alsatia sitarum, scilicet, Hagenavv, Colmar, Sletstadt, Weissenburg, Landau, Oberenheim, Rosheim, Munster
in

1646
August.

in Valle St. Georgii, Kayfersberg, Turekheim comperebant: eaque omnia & singula in Regem Christianissimum Regnumque Galliarum transferet, ita ut dictum oppidum Brisacum, cum villis Hochstadt, Niderimbsing, Harten & Acharren ad communitatem Civitatis Brisacensis pertinentibus, cumque omni territorio & banno, quatenus se ab antiquo extendit, salvis tamen ejusdem Civitatis privilegiis & Immunitatibus, à Domo Austriaca antehac obtentis & imperatis; Itemque dictus Landgraviatus utriusque Alfatiae & Sundgoviae, tum etiam Praefectura Provincialis in dictas decem Civitates, cum omnibus Vafallis, Landfalsis, subditis, hominibus, oppidis, castris, villis, arcibus, sylvis, forestis, argenti, auri, aliorumque mineralium fodinis, fluminibus, rivis, pascuis, omnibusque juribus regaliis, & appertinentiis, cum omnimoda Jurisdictione & Superioritate, à modo in perpetuum ad Regem Christianissimum Coronamque Galliae pertinere debeant, et pertinere intelligantur, absque Caesaris, Domus Austriacae vel cujuscunque alterius contradictione. Sit tamen obligatus Rex Christianissimus, in his omnibus & singulis Catholicam conservare Religionem, quemadmodum sub Austriacis Principibus conservata fuit, omnesque, quae durante hoc bello novitates irreperunt, remove.

1645.
August.

3) Quod ad res alienum attinet, quo Camera Enfishemiana gravata est, Dominus Archi-Dux *Ferdinandus Carolus* recipiet in se, cum ea parte Provinciae, quam Rex Christianissimus ipsi restituere debet, tertiam omnium debitorum partem, sine distinctione, sive chirographaria, sive hypothecaria, sive generalem duntaxat, sive etiam specialem hypothecam habeant, eaque dissolvat, Regem protali quora penitus indemnem praestando.

Quae vero debita Collegiis Ordinum ex singulari per Austriacos Principes cum ipsis in Diacis Provincialibus inita conventionione attributa, aut ab ipsis Ordinibus, communi nomine contracta sunt, iisque solvenda incumbunt, debet inter eos, qui sub dominio Domus Austriacae remanent, atque illos, qui in ditionem Regis Christianissimi veniunt, iniri conveniens distributio, ut unaquaeque pars sciat, quantum sibi aëris alieni dissolvendum restet.

4) Consensum praestabit Caesar, atque ut Ordines etiam Imperii adsentiant, operam dabit, ut Regi Christianissimo jus sit perpetuum tenendi praesidium in Castro Philipsburg, protectionis ergo, ad certum tamen numerum restrictum, quod non solum ipsi, sed etiam Episcopo & Capitulo Spirensi sacramento militari obligatum, sumptibus duntaxat Coronae Galliae sustentari debeat. Patere etiam debeat Regi liber transitus per terras Imperii trans-Rhenanas ad inducendos milites praesidiarios, quoties fuerit opus. Rex tamen praeter Protectionem, Praesidium & Transitum, in dictum Castrum Philipsburg nihil praetendet. Sed ipsa proprietates, omnimoda Jurisdictione, possessio, omniaque emolumenta, fructus, accessiones, jura Regalia, servitutes, homines, subditi, vafalli, & quicquid omnino antiquitus ibidem & in totius Episcopatus Spirensis, Ecclesiarumque illi incorporatarum districtu, Episcopo & Capitulo Spirensi competebat, & competere poterat, eisdem in posterum quoque salva integra & illaesa permaneant.

CAP. IV.

His ita, ut praemissum, ex parte Imperatoris & Domus Austriacae conditionaliter positus, Plenipotentiarum Gallici sese declarare habeant, quod Rex Christianissimus

1) Restituet Archi-Duci *Ferdinando Carolo* primogenito quondam Archi-Ducis *Leopoldi* filio, quatuor Civitates Sylvestres, Rheinfelden, Seekingen, Lauf-
Dritter Theil. Xxxx a

1646.
August.

Lauffenburg, & Waldeshut, cum omnibus territoriis & Balatibus, villis, pagis, molendinis, sylvis, forestis, vafallis, subditis, omnibusque appertinentiis cis & ultra Rhenum; Itemque Comitatum Hauenstein, Sylvamque Nigram, totamque Superiorem & Inferiorem Brigoviam & Civitates in ea sitas, antiquo jure ad Domum Austriacam spectantes, scilicet, Neoburg, Freyburg, Endingen, Kentzingen, Waldkirch, Villingen, Breunlingen cum omnibus eorundem territoriis, item cum omnibus Monasteriis, Abbatii, Prælaturis, Præposituris, Ordinibusque Equestrium Commendatariis, cum omnibus Ballivibus, Baronatibus, Castris, Fortaliciis, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Vafallis, hominibus, subditis, fluminibus, rivis, forestis, sylvis, omnibus regaliis, juribus, jurisdictionibus, feudis, patronatibus, cæterisque omnibus singulis, ad sublime Territorii jus ac patrimonium Domus Austriacæ in isto toto tractu, antiquitus spectantibus; Totam itidem Ortenaviam cum Civitatibus Imperialibus, Offenburg, Gengenbach, & Cella am Ammersbach, quatenus scilicet Præfectura Ortenaviensis obnoxia sunt, adeo ut nullus omnino Rex Franciæ quicquam juris aut potestatis in his præmemoratis partibus cis & ultra Rhenum sitis, ullo unquam tempore prætereundum vel usurpare possit aut debeat.

1646.
August.

2) Libera sint in universum inter utriusque Rheni ripæ ac Provinciarum utrinque adjacentium incolas, Commercia & commearus; inprimis vero libera sit Rheni navigatio, ac neveri parti permissum esto, naves transeuntes, descendentes & ascendentes impedire, detinere, arrestare & molestare quocunque prætextu, sola inspectione, quæ ad perferendas & visitandas merces fieri consuevit, excepta: nec etiam liceat nova & insolita vectigalia, pedagia, passagia, datia, aut alias hujusmodi exactiones imponere, sed utraque pars contenta maneat vectigalibus & datis ordinariis ante hoc bellum sub Austriacorum gubernatione præstari solitis.

3) Omnes Vafalli, Landfaffi, subditi, Cives, Incolæ, quicumque cis vel ultra Rhenum Domui Austriacæ subiecti erant, non obstante qualicunque confiscatione, translatione, donatione per Ducem *Bernhardum* Weimariensem, aliosque militiae Suevicæ Præfectos, post occupatam Provinciam facta, perque Regem Christianissimum ratificata, aut proprio motu decreta, statim post publicatam Pacem, bonis suis immobilibus & stabilibus, sive corporalia sive incorporalia sint, villis, castris, oppidis, fundis, possessionibus restitui debent, citra ullam exceptionem meliorationum, expensarum, sumptuum, compensationum, quas moderni possessores quomodolibet objicere possent.

4) Teneatur Rex Christianissimus, non solum Episcopos Argentinensem & Basileensem, sed etiam reliquos per utramque Alfatiam, Romano Imperio immediate subiectos Ordines, Abbates Murbacensem & Luderensem, Abbatissam Andlariensem, Monasterium in Valle St. Georgii Ordinis S. Benedicti, Palatinos de Huzelstein, Comites & Barones de Lanau, Fleckenstein Oberstein, totiusque Inferioris Alfatiae Nobilitatem, item prædictas Decem Civitates Imperiales, quæ Præfecturam Hagenoensem recognoscunt, in sua libertate & possessione Immedietatis erga Imperium Romanum relinquere, ita ut nullam in eos Regiam Superioritatem prætereundum possit, sed iis juribus contentus maneat, quæcunque ad Domum Austriacam spectabant, & per hunc Pacificationis Tractatum Coronæ Galliæ ceduntur.

5) Pariter omnes Terræ, Castella, Oppida, Civitates, Vires, Villæ, cis & ultra Rhenum, ad qualescunque Imperii Status, sive Ecclesiastici sive Seculares sint, pertinentes, absque prætensione sumptuum bellicorum &

1646. August. in præsidia aut fortificationes quomocunque factorum, omnesque Principatus, Electoratus, Comitatus, Provinciae, Ditiones, Baronatus suis pristinis possessoribus restituantur, præsidia inde deducantur, nihilque omnino juris super ejusmodi partes per Coronam Franciæ prætendatur.

1646. August.

6) Cum Plenipotentiarum Gallici, justam recompensationem Domino Archiduci *Ferdinando Carolo* pro cessione tantæ portionis sui patrimonii deberi non possint negare, & jam tres librarum Gallicarum Milliones obtulerint, quæ summa nimis longe ab ea, quam Cæsareani postulaverant, abire videatur, idcirco, & ut videant Galli, Cæsareanos quoque intra terminos æquitatis consistere, postulant totam recompensationis summam ad duas thalerorum Imperialium Milliones, seu quatuor & dimidium milliones librarum Turonensium, determinari. Quorum dimidia pars anno proximo venturo 1647, & reliqua A. 48. in moneta proba & bona, & quæ valorem dictæ quantitatis Imperialium exaquet, Friburgi Brisgoviae, ad manus dicti Domini Archiducis ejusve Deputatorum, die; 1. Januarii utriusque anni, expendatur & solvatur.

7) Præter dictam pecuniæ quantitatem, Rex Christianissimus tenebitur in se recipere duas tertias debitorum Camerae Entisheimianæ, sine distinctione, sive chirographaria, sive hypothecaria, sive generalem sive specialem hypothecam habeant, eaque sine damno & noxa Archiducis *Ferdinandus Carolus* exsolvere, ipsi quoque hæcenus per omnia indemnem præstare.

8) Præstabit item Rex Christianissimus Cæsari auxilium contra Turcam, & quidem, dum merus belli est, in Biennium, per singulos annos, Centum Quinquaginta Millia Scutorum, ad sustinenda onera in locis limitaneis; sin autem res ad bellum apertum venerit, Rex Cæsari subsidio mittet exercitum decem millium, militum stipendiis suis propriis conscriptum; Quod si Imperator exercitu uti nollet, negotium converteretur in subsidium pecuniarium, quemadmodum inter Cæsarem & Regem conveniri poterit.

9) Plenipotentiarum Gallici statim per litteras aut hominem expressum agant cum Turenno, ne rem ad prælia cum Cæsareanis deducat, nec etiam ulterius ad invadendas Cæsaris aut Statuum Imperii ditiones & terras progrediatur, & quæ eum Suecis & Protestantibus tractanda in se susceperunt, nulla interposita mora, effectui dari curent.

10) Hæc omnia non prius rata sint, quam si Galli pari passu quoque Pacem cum Hispanis tractent & concludant.

11) Nec non restitutionem Ducis Lotharingiæ admittant, eumque præfenti Pacificationi includant.

Quod si præter spem, Galli Suecos & Protestantes, sive conjunctim sive separatim ad acceptandas supradictas conditiones inducere & permovere nequeant, & sic bellum cum ipsis continuandum foret, vel ipsimet Galli pacem cum Rege Catholico facere aut Ducem Lotharingiæ restituere nolent, tunc etiam Cæsar & Domus Austriaca ad præstationem eorum, quæ ex sua parte concedenda sunt, nullatenus obligabitur.

Conditio Satisfactionis Gallicæ secretior.

Præstabit Rex Christianissimus auxilium in his belli motibus contra Turcam: Et quidem dum merus belli est, per singulos annos centum quinquaginta millia Thalerorum Imperialium, ad sustinenda onera præsidiorum in

R r 3

locis

1646. locis limitaneis; sin autem praesentes Turcae motus ad bellum apertum ve- 1646.
 August. nerint, Rex Caesari subsidio mittet exercitum decem millium militum, sti- August.
 pendiiis suis propriis conscriptum, ita tamen, ut utraque obligatio non ex-
 tendatur ultra triennium, & cesset, si Rex bellum gerat apertum contra
 Turcam.

Quod si Imperator exercitu uti non vellet; Rex non tenebitur praestare
 aliud subsidium pecuniarium, quam de quo inter utramque Majestatem una-
 nimiter conventum fuerit.

§. VII.

Wie ungerne aber die Schweden, siche Zusammenkunft untereinander, ange-
 folche, zwischen denen Kaiserlichen und tragen; in dem letztern sub N. II. aber, wel-
 Franzosen, vorgegangene nähere Einigung ches zugleich die damahl geführten geheim-
 angesehen, und selbe, als ihrem Interesse Absichten deutlich entdecket, ist von dem Le-
 nachtheilig, ermessen haben, das geben fol- gato *Salvio*, das über die einseitigen Tra-
 gende zwey Schreiben zu erkennen, in deren Etaten geschöpfte Mißtrauen, denen Fran-
 ersteren, N. I. dieselbe, auf öfftere persöhn- zosen deutlich zu erkennen gegeben worden.

N. I.

Der Schwedischen Gesandten Schreiben an die Französische Plenipoten-
 tiarios, um öftere Conferenz zwischen Ihnen beyderselts anzustellen.

Celsissime Princeps,

Illustrissimi Domini.

N. I. Monasterio alternis ferè diebus nunciatur, Tractatus Gallicos cum ho-
 Der Schwe- stibus nocte dieque fervere, ignaris omnibus, quid agatur, eoque vehe-
 dischen Pleni- mentius anxiis. Nos quidem de Celsitudinis & Excellentiae Vestrarum candore
 potentiarient non minus, quam fide mutuorum foederum persuasissimi sumus: Speramus
 Schreiben an tamen, haud superfluum videri, si, quid alii de eo scribant, qui effectus
 die Franzosi- hinc inde sequantur, fidenter communicemus. Id quidem liquido animad-
 schen, um öf- vertimus, quo magis fervet Tractatus vester, eò magis refrigescere no-
 tere Confe- strum. Sollicitavimus hisce diebus Legatos Caesareos, ut aliquanto pro-
 renz. prius se explicarent circa articulos nostros: at responsum tulimus nive frigidius!
 Causa non alia creditur, nisi quod, quo majorem spem concepisse videntur
 separandi à Svecia Gallos, eò negligentius jam habeant Svecos, ut plane
 obriguissè videantur ad postulata nostra. Requirit quidem foedus Regnorum,
 ut omnia collatis consiliis peragantur pari passu, lentèque utrobique festinando,
 nec quidquam uno alterove loco statuatur sine mutuo & explicito consensu,
 adeoque ne insciis & inconsultis Residentibus quidquam tractetur. Residens Gallicus dudum revocatus est. Quantum Svecicorum
 quæ illie aguntur, resciscit, norunt Celsitudo & Excellentia Vestra. Interim
 & continenter tractari, & ex parte concludi, artoniti significant, ni metuant
 divisiones. Celsitudo & Excellentia Vestra ab initio urserunt, ut singulis
 quindenis mutuo congregeremur, si non pro necessitudine communicationis,
 saltem ut palam conspiceretur arctissima Regnorum unio. Duo tamen menses
 transivère, ex quo id jam omittitur. Nec minuent diffidentiam, quæ alibi per
 ætatem acta sunt. Itaque quæsumus Celsitudinem & Excellentiam Vestras,
 ne graventur, Osnabrugam totam, alias plurimum sibi de sinceritate vestra
 promittentem, paucis lineis ab hac solli-